1504.

Ex ms: Bibl: Zal: № 398.

# Mandat po Krzysztofa Zborowskiego

Tibi Gnoso Christophoro Zborowski, de Zborow, de persona tua, et bonis tuis omnibus si quae tu in Regno nro, Dominisq eidem annexis, et quovis modo habere praetendis. Mandamus ut coram nobis, consiliariisq nostris, lateri nro assessorio, in conventu Gnali Varsaviae, aut ubi cunq locorum, proxime et immediate, celebrato, sexta die, ab inceptione ejusdem conventus, prima tum exclusa personaliter, et legitime compareas, ad instantiam Mlto Nrae Regiae Instigatorisq nri Regii. Citamus te, Instigatorq nr te citat, pro eo. Quia tu postposito boni Civis et fidelis Subditi officio, cum certis personis tibi de nomine et cognomine melius notis (: cum quibus salva specialis reservatur actio :) contra personam Regiam, machinatus es factionem, et occulta consilia ad turbandam Rempublicam molitus es peregrino Principi, cum quo nobis tum bellum fuerat operam tuam addidisti, et literas nomini, dignitatiq nostrae Regiae adversas Reipublicae nocivas, ac plane seditiosas scripsisti, et quantum in te fuit nos et Rempublicam turbare, ac ut nos dignitate, ac vitae, ita Remp suam pace et tranquillitate privare intendisti, prout tibi in termino advenienti, praemissa latius declarabuntur, pro quibus poenas lesae Mtis nrae, et eas, quae hostibus, et proditoribus, proprie debentur commenuisti. Citaris itaq ad videndas et audiendas, contra te, ob ea crimina commissa, poenas condignas per nos consiliariosq nros decerni, et extendi. Sis itaq judicialiter responsurus, alioquin contumatia tua non obstante, contra te, judicialiter procedetur.